



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 53. Concilium Bracarense IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

Dicecesi Toletanæ, Hispalensi, Emerita-Sæculum VII
næ, Bracarensi, Tarragonensi, Narbo- A. C. 675.
nensi, & duabus Ecclesiis Legionensi, &
Lucensi, quæ nulli Ecclesiæ Metropoli-
ticæ suberant.

§. LIII.

Concilium Bracarensē quartum.

Eodem anno 675. Wamba anno Regni
sui quarto convocari jussit Conci-
lium, quod inter Bracarensia quartum nu-
meratur. Querelæ contra quorumdam
Episcoporum crudelitatem, sicut in Con-^{to. 6. Conc.}
cilio Toletano, allatæ, quod viros specta-
tissimos tanquam latrones haberent, at-
que jubere auderent, ut Presbyteri, Ab-
bates, Diaconi flagris conciderentur.
Hæc sub pœna Excommunicationis &
Exilii prohibentur. ^{can. 7.}

Item quorumdam Episcoporum fa-
stus corripitur, qui in Festis Martyrum
cum Reliquiis, quas e collo dependen-
tes gestabant, se manibus Diaconorum
Albis indutorum in Sede magnifica cir-
cumferri, magna Fidelium turba comi-
tante, sinerent. Præcipitur, ut Diaconi
Reliquias thecis inclusas humeris suis
gestent. Rursus, arguuntur Episcopi, qui
Bona sua propria non sine damno Eccle-
siarum augebant. Presbyteri Missam
non celebrent, aut Communionem ac-
cipiant, nisi Orarium, id est, Stolam ab hu-
^{c. 6.}
^{c. 9.}
meris

Sæculum VII meris pendentem & in pectore decussa.
A. C. 675. tam gestent. Prohibetur, ne quis ad bibendum vel edendum in conviviis profanis Vasis Sacris utatur, quod sacrilegum fieri dicitur. Nemo ad usus profanos adhibeat, vendat, vel donet vela aut alia Ornamenta Ecclesiæ. Nemo in Sacrificio offerat pro vino lac, aut uvam; ^(*) nec Eucharistia in vinum intincta Fidelibus præbeatur, quia id, dicunt Patres, est contra Institutionem, in qua Dominus Noster panem & vinum separatim

pra.

(*) Concilii verba Edit. Paris. sunt: Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra Divinos Ordines, & Apostolicas Institutiones, lac pro vino in Divinis Sacrificiis dedicare: Alios quoque intinctam Eucharistiam populis pro complemento Communionis porrigere: Quosdam etiam non expressum vinum in Sacramento Dominicæ Calicis offerre, sed oblatis uvis populos communicari. Et in fine: De cetero aliter quam præcepimus est faciens tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pænitentice satisfactione correctus ad gradus sui Officium redeat. Et in §.III. Etenim quod & auditui horribile & visui execrabile judicatur, relatum est nobis, quod quidam Sacerdotum sacrilega temeritate præcipites vasæ Domini in proprio usus assumant... quod malum & obstupentes deflemus. &c.

Ceterum istud Concilium Bracarense in aliis Concil. non IV. sed III. dicitur.

præbuit. (*) Ergo prohibitum est quid- Sæculum VII
quam aliud nisi panem & vinum in Sa- A. C. 675.
crificio offerre secundum antiquorum
Conciliorum Decisionem.

Concilio Bracarensi Episcopi octo
subscriperunt.

§. LIV.

Martyrium S. Aigulphi.

Ad idem fere tempus refertur Marty-
rium S. Aigulphi Abbatis Lerinensis.

Is. Blesis natus, in vita Monastica Ma- *vit.to.2.AE.*
gistrum habuit S. Mommulum Abbatem *p. 656.*
Floriacensem ad Ligerim, qui, ut supra *Sup. Lib.*
retuli, S. Benedicti Reliquias illo transtu- *XXXVIII.*
lit. Cum in Monasterio Lerinensi, Vin- *§. 60.*
centio Abbe defuncto, Disciplinæ ri-
gor fuisset solutus, Monachi a Rege pe-
tierunt, ut sibi daret Abbatem, qui col-
lapsam Disciplinam restitueret. Rex ad
eos regendos misit Aigulphum, qui, ubi
advenit, honorifice exceptus, non inuti-

Z 4

lem

(*) Quando Fideles sub utraque specie com-
municabant, IESU Christi Institutioni magis con-
sentaneum videbatur, sub utraque specie sepa-
rata Corpus & Sanguinem Christi iis præbere;
quainvis legamus \ddagger in Conciliis, Panem sacrum \ddagger Turnelius
in Sanguinem sacrum fuisse intinctum & Fideli- de Sacra-
bus datum, quod etiam ex parte in Missa fit, mento Ev-
At etiam sacrum Corpus sub una tantum spe- charistiae.
cie ad ægrotos fuisse delatum, supra ex Con-
cilio Toletano vidimus.